

[IV m 6]

SI VIS CELSI metrum sextum quod est secundum quosdam adonium
 secundum aliquos Archilochicum a frequentatore ^u vel ab ^u inventore dictum,
 tetrametrum dactilicum quod loco spondei ^u vel dactili recipit anapestum,
 propter quod aliqui iudicant¹ hoc metrum Pindaricum dimetrum anapesticum,
 de quo dictum est supra libro primo metro quinto. Nec mirum. Hec enim
 duo metra sunt equalium² temporum et eosdem pedes recipiunt nec apparet
 differentia nisi quod in uno habundat magis pes dactilicus in alio
 anapestus. Utrumque acathalectum est. Commendat autem in hoc metro
 di^uvinam pro^uvidenciam in dispositione rerum. Et circa hoc duo facit;
 primo quia commendat di^uvinam pro^uvidenciam a parte ipsarum rerum que
 di^uvena dispositione reguntur,³ secundo a parte ipsius Dei regentis ibi
 (34) SEDET INTEREA. Prima pars habet quatuor, quia primo commendat
 di^uvinam pro^uvidenciam in dispositione corporum celestium secundo in ^u vicis-
 situdine elementorum ibi (19) HEC CONCORDIA, tercio in ^u vicissitudine
 temporum ibi (25) HIIS DEM CAUSIS, quarto generaliter in dispositione
 generabilium et corruptibilium (30) HEC TEMPERIES. Circa⁴ primum tria
 facit. Primo commendat di^uvinam pro^uvidenciam in ordinato motu duorum
 luminarium scilicet⁵ solis et lune dicens (1) SI TU⁶ SOLLERS. Sollers
 secundum Ysidorum Ethimologiarum libro decimo dicitur quasi sollicitus in
 arte ^u vel utilis et sic debet scribi per duplex ll. Vel secundum Hugueion-
 em dicitur a solon⁷ quod est totum ^u vel nultum et ars artis quasi totus

a c. 243

1 iudicau'rē J / 2 essentialium J / 3 regimur J / 4 contra J /
 5 scilicet om. J / 6 si tu JOR situs D si vis PPeG / 7 salon J /

^uvel multus in arte et sic debet scribi per simplex 1. (2) VIS PURA
 MENTE id est semota a cura temporalium ^uvel semota ab ymaginacione⁸ et
 sensu que circa⁹ corporalia tantum ^uversantur⁹ CERNERE IURA scilicet qui-
 bus regitur mundus CELSI TONANTIS scilicet Dei qui magis ab¹⁰ hac tempe-
 state¹⁰ cognominatur quam ab aliis quia maior terror per eam mentibus
 hominum incutitur unde et per eam magis ad recogitandum diuinam^u potenciam
 inducitur, (3) ASPICE CULMINA CELI. (4) ILLIC SYDERA SERVANT VETEREM¹¹
 PACEM id est antiquam disposicionem et concordem quam eis diuina^u providen-
 cia indidit. Et hoc quasi manifestans subdit (6) NON SOL CONCITUS id est
 commotus. Concitus media correpta¹² dicitur de concio concis id est
 commo^utere. (6) RUTILO IGNE non quod sol sit igneus in se sed quia est
 causa caloris ad modum ignis (7) IMPEDIT GELIDUM AXEM PHEBES id est lune
 que est effective^u frigida. Secundo cum dicit (8) NEC^B ^BQUE commendat
 disposicionem diuine^u providencie in ordinato motu quarundam stellarum fix-
 arum scilicet istarum quarum congeries iuxta polum septentrionalem ^uvoca-
 tur Ursa¹⁴ que numquam oritur ^uvel occidit cum tamen cetera oriantur et
 occidunt, cuius causa declarata est satis metro quinto huius. Dicit ergo (8)
 NEC URSA QUE FLECTIT RAPIDOS MEATUS id est que rapido motu celi flectitur
 IN SUMMO VERTICE MUNDI quia circulariter mo^uvetur circa polum. (10) NUM-
 QUAM LOTA OCCIDUO PROFUNDO id est mari occidentali CUPIT TINGERE FLAMMAS
 OCCEANO id est in oceano URSA dico CERNENS CETERA SIDERA MERGI scilicet

 8 ymagine J / 9 circa corporalia tantum ^uversantur JORD est circa corpora-
 lia PPeG / 10 ab hac tempestate ORD ab hac proprietate PPeG ad hanc
 tempestatem J / 11 ^uveteremque J / 12 correpta RPPeG corrupta JO cor^a D /
 13 nec que RDPeG quem OP om. J / 14 ursa JORD maior ursa PPeG /

in mari: more vulgari loquitur. Credit enim vulgus stellas quando
occidunt descendere in mare. Tercio cum dicit (13) SEMPER VICIBUS
commendat dispositionem divine providencie in ordinato motu Veneris
que vicissim certis temporibus est stella matutina et stella vespertina
sicut¹⁵ satis est declaratum supra¹⁵ libro primo metro quinto. Dicit
ergo (14) VESPER id est Venus SEMPER EQUIS VICIBUS TEMPORIS NUNCIAT
SERAS UMBRAS et eadem Venus existens LUCIFER REVEHIT DIEM ALMUM. (16)
SIC ALTERNUS AMOR id est mutua et concors dispositio ex divina provi-
dencia proveniens REFICIT ETERNOS CURSUS id est eternaliter renovat cur-
sus¹⁶ syderum SIC id est per talem mutuam concordiam BELLUM DISCORDS EX-
ULAT id est expellitur ORIS ASTRIGERIS id est a regionibus celestibus que
gerunt astra. Deinde cum dicit (19) HEC CONCORDIA commendat dispositionem¹⁷
divine providencie in ordinata mutabilitate elementorum. dicens HEC
CONCORDIA id est concors dispositio ex divina providencia proveniens TEM-
PERAT ELEMENTA EQUIS MODIS ^{EN} verbi gracia UT HUMIDA PUGNANCIA SICCIS id est
cum siccis CEDANT VICIBUS ita quod quandoque¹⁸ scilicet prevalant humida
quandoque sicca IUNGANTQUE¹⁹ FIDEM FRIGORA FLAMMIS scilicet quia colli-
gantur quibusdam qualitatibus²⁰ symbolicis que dicuntur sinzugie elemen-
torum. Hec etiam concordia facit UT²¹ PENDULUS IGNIS²² id est levissimus
SURGAT IN ALTUM id est teneat supremum²³ locum TERREQUE GRAVES PONDERE
SIDANT id est in imo²⁴ RESIDEANT. De istis elementis diffusius actum

15 sicut satis est declaratum supra JORD sicut patet PPeG / 16 cursus
JOR cursus semper PPeG om. D / 17 dispositionem JORD ordinem PPeG /
18 quocumque J / 19 iungatque J / 20 qualibus J / 21 ut JORD
ne PPeG / 22 ignis JORD aer scilicet ignis PPeG / 23 primum ex suppre-
mum J / 24 uno J /

est supra libro tercio metro nono. Deinde cum dicit (25) HIISDEM CAUSIS commendat ordinem diuine providencie quantum ad vicissitudinem temporum dicens HIISDEM CAUSIS id est similibus causis per diuinam providenciam ordinatis ANNUS FLORIGER id est in quo habundant flores SPIRAT ODORES non quidem omni tempore anni sed VERE TEPENTE id est temperato in calore ESTAS FERVIDA SICCAT id est maturescit CEREREM AUTUMPNUS REMEAT GRAVIS id est onustus POMIS YMBER DEFLUUS IRRIGAT HYEMEM causa huius diversitatis et istarum proprietatum patent supra libro primo metro secundo et quinto. Deinde cum dicit (30) HEC TEMPERIES commendat diuinam providenciam in dispositione generalium et corruptibilium dicens HEC TEMPERIES id est temperata et ordinata dispositio ex diuina procedens providencia ALIT ATQUE PROFERT id est nutrit et generat et est hic historon proteron quia prius aliquid profertur et postea alitur QUICQUID IN ORBE SPIRAT VITAM id est quicquid vivit: sicut autem diuina dispositione de non esse ad esse producitur per generacionem²⁶ sic eiam de esse ad non esse rapitur idem per corrupcionem. Et hoc est quod subdit (32) EADEM RAPIENS id est hec temperies rapiens ea que predicta²⁷ sunt CONDIT id est abscondit ET AUFERT scilicet ab esse MERGENS ORTA SUPREMO OBITU scilicet per corrupcionem. Deinde cum dicit (34) SEDET INTEREA commendat dispositionem diuine providencie a parte ipsius regentis. Et circa hoc duo facit. Primo describit ipsum regentem; secundo quomodo ipse²⁸ regit

25 dicens om. J / 26 per generacionem JORD om. PPeG / 27 producta J
28 quomodo ipse JO modum quo RD quomodo tempore PPeG /

ibi (38) ET QUE MOTU. Describit ergo primo ipsum regentem dicens INTEREA scilicet dum tales tali ordine ^u ^u voluntur (34) CONDITOR ALTUS id est summus creator rerum scilicet Deus SEDET id est in se immutabiliter manet secundum quod dictum est supra libro tercio metro nono²⁹ super illud (III m 9, 3) STABILISQUE MANENS DAT CUNCTA MOVERI, (35) REGENSQUE scilicet omnia FLECTIT HABENAS RERUM id est motus rerum disponit et moderatur sicut sessor equi disponit³⁰ motum equi per habenas ad nutum suum SEDET inquam existens REX per sapienciam gubernacionis et³¹ DOMINUS per potenciam creacionis FONS scilicet a quo fluit omnis bonitas ET ORIGO scilicet quia cum ab eo sint omnia ipse a nullo est LEX scilicet quia omnia ligat per determinacionem nature et SAPIENS ARBITER id est iudex EQUI id est equitatis: omnibus enim secundum iusticiam retribuit. Deinde cum dicit ET QUE MOTU describit modum quo regit res quia reguntur per quandam circulacionem secundum quam perpetuantur quodam modo in esse. Verbi gracia; Deus sic disponit res ut de semine procedat³² herba ex qua quodam reditu procedit semen de quo nascitur herba. Similiter in generacione elementorum fit quidam circulus dum ex aere generatur ignis et iterum ex igne aer. Item in creaturis rationabilibus que progrediuntur a Deo producionem nature fit reflexio iterum ad ipsum per reduccionem gracie ut sic nichil permaneat in rebus creatis ens et perfectum nisi per quandam circulacionem. Unde subdit ET QUE³³ scilicet Deus omnia

 29 nono om. J / 30 disponit JOD om. R moderatur PPeG / 31 et D
 que JO ut R om. PPeG / 32 procedit J / 33 qui ex que (?) J /

regens CONCITAT IRE MOTU id est excitat ad eundum³⁴ ^u vel progredien-
dum³⁴ per motum SISTIT³⁵ id est facit ad tempus in suo esse permanere
RETRAHENS scilicet ipsum ad suum principium ET VAGA id est mobilia ad
non esse FIRMAT id est perpetuat in esse ^u vel in eodem esse numero sicut
corpora celestia ^u vel specifico sicut generabilia³⁶ et corruptibilia.
Et assignat causam quare sic regit dicens (40) NAM NISI DEUS REVOCANS
RECTOS ITUS id est ipsum rectum progressum quo aliquid tendit ab esse
ad non esse COGAT IN ORBES FLEXOS id est reducat in quasdam circulaciones
EA QUE STABILIS ORDO scilicet impositus rebus a diuina ^uprouvidencia
DISSEPTA id est separata a SUO FONTE id est suo principio qui Deus est
FATISCANT id est deficient³⁷ et ad nichilum deueniant.³⁸ FATISCANT
dicitur de fatim quod est habundanter et hisco quod est ^uverbum frequen-
tatium de hio hias sincopata 'a' in medio. Est autem aduvertendum quod
finis ad quem omnia naturali appetitu tendunt est ipsum summum bonum quod
Deus est. Hunc non omnes creature eodem modo consequuntur quia creature
rationales consequuntur ipsum per quandam comprehensionem operacionis
per intellectum et ^uvoluntatem. Alie ^uvero creature irracionales conse-
quuntur ipsum per hoc solum quod ipsum representant et per quandam
participacionem essendi ipsi assimilantur et ideo eodem appetitu naturali
quo aliquis appetit suum esse eodem appetitu tendit in suum ultimum finem.
Et hoc est quod subdit (44) HIC scilicet fons de quo immediate locutus est
AMOR COMMUNIS CUNCTIS id est in quem tendit communis appetitus³⁹ omnium:

----- ^u
34 eundum ^uvel progrediendum JORD progrediendum PPeG / 35 sistit JORD
sistet PPeG / 36 gubernacula J / 37 deficient J / 38 deuenient J /
39 appetitus JORD amor PPeG /

accipit enim amorem large pro appetitu naturali REPETUNT QUE scilicet
 cuncta TENERI id est permanere in esse FINE⁴⁰ id est per finem⁴⁰ BONI
 QUIA NON QUEANT ALITER DURARE id est perpetuari in esse NISI CONVERSO
 AMORE RURSUS id est ad eum a quo producuntur in esse REFLUANT id est
 redeant CAUSE id est ad causam QUE DEDIT ESSE per creacionem.

[IV p 7]

IAMNE IGITUR prosa septima in qua ex hiis que dicta sunt deducit
 quandam conclusionem scilicet quod omnis fortuna sit bona. Et circa
 hoc duo facit. Primo istam conclusionem ex dictis deducit. Secundo
 quandam exhortacionem subiungit ibi (38) QUARE, INQUIT. Circa primum
 duo facit. Primo istam conclusionem deducit ex premissis. Secundo
 comparat¹ eam cum opinione^u vulgi ibi (11) SED EAM SI PLACET. Circa
 primum sic procedit. Primo enim requirit Boecium super eo quod ad dicta
 sequitur dicens (1) IGITUR VIDES NE INQUAM IAM QUID CONSEQUATUR OMNIA HEC
 QUE DIXIMUS ? Cui² Boecius (2) QUIDNAM, INQUAM ? Et Philosophia OMNEM,
 INQUIT, FORTUNAM PRORSUS ESSE BONAM. Secundo querit Boecius modum
 consequencie³ dicens (3) ET QUI id est quomodo FIERI POTEST, INQUAM.
 Philosophia cui (4) ATTENDE, INQUIT, CUM OMNIS FORTUNA VEL IOCUNDA VEL
 ASPERA TUM REMUNERANDI EXERCENDIVE BONOS TUM PUNIENDI CORRIGENDIVE IM-
 PROBOS⁴ CAUSA⁵ DEFERATUR ut ex premissis patet OMNIS BONA scilicet erit

 40 sum id est per fidem J /

1 eum J / 2 tibi J / 3 consequencie JOR ante D consciencie PPeG /
 4 improbos PPeG malos JORD / 5 causa supplevi om. PPeGJORD /